

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: post defunctione Constantino Imperatore anno primo: die vicesima quarta mensis iulii indictione nona putheoli: Certum est me iohannes umilis presbytero greco et monacho: dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est: in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: una cum cuncta sancta et venerabili nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promptissima voluntatem promittimus tibi domino marino venerabili presbytero filio quondam iohannis abitator vero in oc castro putheolano: propter integra ecclesia nostra iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii vocabulo sancti petri qui est intus isto iamdicto castro iusta episcopio sancti proculi istius castri: ubi domino volentem: te ibidem custodem ordinavimus: in eo enim tenore quatenus a nunc et omnibus diebus vite tue memorata ecclesia nostra sancti petri in tua sit potestatem: ea tenendi et dominandi: et ibidem die noctuque omnem officium sacerdotalem facere et exhibere debeatis hoc est vesperos et matutinos seum missarum sollempnias et oris laudibus: sive ad ora aut ante ora vel post ora: et de luminariorum concinnationis per dominicorum dies et per festes faciatis ut aput deum et coram omminibus vobis exinde laus et mercis atrescat: et pro alimoniis tuis dedimus et tradidimus tibi intus memorato castro et integra terra vacua nostra una cum gripta ibique coniunta parte orientis et cum terra nostra vacua super ipsa gripta posita in platea publica que nominatur curtense et

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno primo dopo il trapasso dell'imperatore Costantino (A), nel giorno ventesimo quarto del mese di luglio, nona indizione, Pozzuoli. Certo è che io Giovanni, umile presbitero greco e monaco, economo e rettore del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiarium**, con tutta la nostra santa e venerabile congregazione di monaci del predetto nostro santo e venerabile monastero, dal giorno presente con prontissima volontà promettiamo a te domino Marino, venerabile presbitero, figlio del fu Giovanni, abitante invero in questo castro **putheolano**, per l'integra chiesa nostra di diritto del predetto nostro santo e venerabile monastero con il nome di san Pietro che è dentro questo già detto castro vicino la chiesa cattedrale di san Proculo di questo castro, dove con la volontà del Signore abbiamo ordinato te custode, in quella condizione per certo che da ora e per tutti i giorni della vita tua la predetta chiesa nostra di san Pietro sia in tua potestà di tenerla e possederla e ivi giorno e notte devi fare e mostrare ogni dovere sacerdotale, cioè vespri e mattutini e messe solenni e preghiere, sia durante che prima o dopo le funzioni, e faccia la preparazione dei ceri nei giorni di domenica e nelle feste, affinché pertanto presso Dio e davanti agli uomini cresca per te la lode e la ricompensa. E per la tua alimentazione ti abbiamo dato e consegnato dentro il predetto castro anche per intero la terra libera nostra con la grotta ivi adiacente dalla parte di oriente e con la terra nostra libera posta sopra la stessa grotta sulla via pubblica chiamata **curtense** e che va a san Celso, con le sue luci e le sue parti esterne e con il suo

pergit ipsa platea at sanctum celsum: una cum aheribus et aspectibus suis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: et est coniuntum a parte septentrionis cum ortum heredes quondam domini marini archidiaconi: et cum ortum domini iohanni venerabili presbytero qui nominatur basubetrana: et de germanis suis: et a parte meridiana est coniuntum cum domum sergii boffa: seum et casa nostra que in nostra reservavimus potestatem: et a parte orientis est anditus comunalis: et a parte occidentis est memorata platea publica: seum dedimus tibi et integra una petia de terra ipsius ecclesie pertinentes posita in loco qui vocatur campana campese et est per passi modia dua et quarte due: coheret sivi a parte horientis est via publica: et a parte occidentis est monte nostrum qui salit at campilione: et a parte septentrionis est alia terra vestra que in nostra reservabimus potestatem: a parte meridiana est terra sichenolfo presbytero: de isto castro: seum abeatis et alia una petia de terra ipsius ecclesie posita ad arcum borrana: coheret sivi ab uno latere parte orientis est alia terra nostra memorati nostri monasterii que in nostra reservavimus potestate: et de aliis qui ibidem at fines sunt: et da tribus partibus est via publica: seum abeatis alie due petie de terra que nominatur at cinacclum ipsius ecclesie pertinentes: iterum abeatis et alia terra quod est coniolum: posita in loco qui vocatur laurium: iterum et alia una petia de terra que vocatur ad argentarium: quod est per passi modium unum: et alia una petia de terra que nominatur at mollentiana: quod est per passi modium unum: insimul una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: hec autem ipsum nominatibum de intus ipso castello et da foris ipso castello ipsis terris qui nominatibum diximus ut super legitur in tua omnibus diebus vite tue

ingresso e con tutte le cose ad essa pertinenti ed é adiacente dalla parte di settentrione con l'orto degli eredi del fu domino Marino arcidiacono e con l'orto di domino Giovanni venerabile presbitero chiamato **basubetrana** e dei suoi fratelli, e dalla parte di mezzogiorno é adiacente con la casa di domino Sergio Boffa e anche con la nostra casa che riservammo in nostro possesso, e dalla parte di oriente é il passaggio in comune, e dalla parte di occidente é la predetta via pubblica. E anche abbiamo dato a te un integro pezzo di terra, appartenente alla stessa chiesa, sito nel luogo chiamato **campana campese**, ed é per passi due moggia e due quarte, e confina dalla parte di oriente con la via pubblica, e dalla parte di occidente é il monte nostro che sale a **campilione**, e dalla parte di settentrione é altra terra nostra che riservammo in nostro possesso, dalla parte di mezzogiorno é la terra di Sichenolfo presbitero di questo castro. E anche devi avere un altro pezzo di terra della stessa chiesa sito **ad arcum borrana**, confinante da un lato dalla parte di oriente é altra terra nostra del predetto nostro monastero che riservammo in nostro possesso e di altri che ivi sono a confine, e da tre parti é la via pubblica. Ed anche devi avere altri due pezzi di terra detti **at cinacclum** appartenenti alla stessa chiesa e parimenti un'altra terra che é a forma di triangolo sita nel luogo chiamato **laurium**, ed ancora un altro pezzo di terra chiamato **ad argentarium** che é per passi un moggio, e un altro pezzo di terra chiamato **at mollentiana** che é per passi un moggio, con gli alberi e i loro ingressi e con tutte le cose a loro pertinenti. Queste cose poi che in abbiamo detto in dettaglio di dentro il castello e le terre da fuori lo stesso castello, per tutti i giorni della tua vita siano in tua potestà di tenere e dominare e di lavorare e di dare a lavorare senza atti scritti, e sopra e sotto di prenderne i frutti e di consumarli e degli

sint potestatem eos tenendi et dominandi
seum laborandi et at laborandum dandi
atque scriptis inferius et superius illos
fruendi et comedendi et de ipsas omnes
frugias faciendi que volueritis: et si
aliquod in memorata ecclesia offertum
vel datum fuerit sive a viribus vel a
mulieribus: si fuerit movilem in tua sint
potestatem faciendi que volueritis si
autem immovilem fuerit aut terras vel
tale causa pro hornamentum de ecclesia
post tuum obitum ibidem remanere
debeas: tantummodo tu illut frugiare
debeatis vite tue: et omni annue tu bite
tue nobis nostrisque posteris et in
memorato nostro monasterio exinde dare
et dirigere debeatis oblate parias dua:
unum in nativitate domini et alium
parium in sanctum pasquam sine omni
amaricationem: etiam et repromittimus
tibi ut nos et posteris nostris tibi facere
debeamus at omni nostro expendio una
sepultura hante regia ex ipsa ecclesia
pro corposculum tuum sepeliendum: et si
illa non fecerimus licentia abeatis vos
facere sepelire in ille alie sepultrie que
facte abetis de antea in memorata
ecclesia absque omni contrarietatem: et
si vite tue mortuus fueris de casa tua sive
masculus aut femines licentiam abeatis
illos sepelire in memorate sepultrie que
ibi facte abetis ut super legitur sine omni
contrarietatem: et non abeamus licentiam
nos et posteris nostris et memorato
nostro monasterio te cunctis diebus vite
tue exinde iactare aut aliquod a tua
potestatem de ipsum que superius
nominatibum diximus ut super legitur
subtraere cunctis diebus vite tue per
nullum modum nec quod absit qualivet
sacerdotem vel clericum aut monachum
vel alias quavis personas super te ibidem
ponere per nullum modum: adimplentes
tu omnia per omnem ordinem et tenore
ut super legitur: post autem tuum
transitum tunc memorata integra ecclesia
cum omnibus memoratis ex ea

prenderne i frutti e di consumarli e degli
stessi frutti di farne quel che vorrai. E se
qualcosa sarà offerto o dato nella predetta
chiesa sia da uomini che da donne, se
bene mobile sia nella tua potestà di farne
quel che vorrai, se invece sarà bene
immobile o terre o cosa idonea per
ornamento della chiesa, dopo la tua
dipartita deve rimanere là. Soltanto tu devi
goderne i frutti per tutta la tua vita. E ogni
anno per tutta la tua vita devi dunque dare
e portare a noi e ai nostri posteris e al
predetto nostro monasterio due paia di pani
per la messa, uno nella natività del
Signore e un altro paio nella santa Pasqua
senza alcuna obiezione. Inoltre
promettiamo a te che noi e i nostri posteris
dobbiamo fare per te ogni anno con ogni
spesa a nostro carico una tomba davanti
alla porta della stessa chiesa per una tua
salma da seppellire. E se non la faremo
voi abbiate licenza di farla seppellire in
quell'altra tomba che voi avete fatta
davanti la predetta chiesa senza alcuna
obiezione. E se durante la tua vita vi sarà
un morto della tua casa sia maschio che
femmina, abbiate licenza di seppellirli
nelle predette tombe che avete fatta come
sopra si legge senza alcun contrasto. E noi
e i nostri posteris e il predetto nostro
monasterio non abbiamo dunque licenza
per tutti i giorni della tua vita di cacciarti
via o di togliere dalla tua potestà qualcosa
di quello che sopra in dettaglio abbiamo
detto, come sopra si legge, per tutti i
giorni della tua vita in nessun modo né,
che non accada, di porre ivi sopra di te
qualsiasi sacerdote o chierico o monaco o
qualsiasi altra persona, in nessun modo, se
tu adempi tutte le cose in ogni ordine e
tenore come sopra si legge. Dopo il tuo
trapasso poi la predetta integra chiesa con
tutte le cose menzionate ad essa pertinenti,
come sopra si legge, e con tutte quante le
cose che per inventario ti avremo
assegnato ritornino e siano in possesso
nostro e dei nostri posteris e del predetto

pertinentes ut super legitur et cum omnia quantum per inventaneum tibi adsignaverimus in nostra nostrisque posteris et de memorato nostro monasterio revertant et sint potestatem cuius iure ex e videtur: etiam et in nostra et de nostris posteris et de memorato nostro monasterio reservavimus potestatem omnes abitationes et terras vacuas de giro in giro ipsa ecclesia pro necessitate et abitationes et utilitate memorati nostri monasterii que nobis necessum fueris: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut posteris nostris vel memorato nostro monasterio aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio tibi vite tue auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata nona indictione ✠

✠ εγω ω αμαρτωλος μοχ και πρ υπεγραφα ✠

✠ ΕΓΩ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΜΟΝ ΟΥΒ ✠

✠ εγω ω μοχ και αμαρτωλος υπεγραφα ✠

✠ εγω λεον αμαρτωλος πρ και μοχ υπεγραφα ✠

✠ Ego deodede archipresbyter et primicerius testi subscripsi ✠

✠ Ego stefanus presbyter et primicerius testi subscripsi ✠

✠ Ego iohannes presbyter testi subscripsi ✠

✠ Ego sergius primarius complevi et absolvi per memorata nona indictione ✠

nostro monastero di cui di diritto risultano essere. Inoltre, a noi e ai nostri posteri e al predetto nostro monastero riservammo il possesso di tutte le abitazioni e della terra vuota intorno alla stessa chiesa per le necessità e le abitazioni del predetto nostro monastero che a noi fossero necessarie. Poiché così fu a noi gradito. Se poi noi o i nostri posteri o il predetto nostro monastero diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate, come sopra si legge, in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi e i nostri posteri e il predetto nostro monastero paghiamo come ammenda a te per tutta la tua vita venti solidi aurei di Bisanzio e questo atto di ordinazione, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del primario Sergio per l'anzidetta nona indizione. ✠

✠ Io peccatore Giovanni, monaco e presbitero, sottoscrissi. ✠

✠ Io monaco Stefano sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, monaco e peccatore, sottoscrissi. ✠

✠ Io peccatore Leone, presbitero e monaco, sottoscrissi. ✠

✠ Io **deodede**, arcipresbitero e primicerio, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Stefano, presbitero e primicerio, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io presbitero Giovanni come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io primario Sergio completai e perfezionai per l'anzidetta nona indizione. ✠

Note:

A) V. nota del doc. 329.